

## LI

qui quantū ex ijs potest intelligi impressi atq; insculpti in lapidibus illis fuerant Theodosio seniore imperante: cui Arcadius atq; Honorius filij in regnum successere. Quod si in secundissimis rebus illius orientalis imperij litteræ & bonæ artes negligebantur: quid nunc existimādum sit in tanta græcorum calamitate & seruitute: Cæterum ut ad quæsitā respondeam: unus Theodorus gæces mea sententia cæteris græcis omnib<sup>9</sup> & litteris præstat & eloquentia: non hac in quā libaniana garrulitate: sed eloquentia illa prisca: qua & Demosthenē: & Aeschinem: & Lysia: cæterosq; illos nobilissimos oratores usos legimus. Est præterea uir grauis & bonus: ac plane dignus: quem diligas. Vale ex Mediolano pridie Kal. Martias. M. cccc. xxxxyi.

Franciscus Philelphi Baueriæ philosopho ac medico salutem.  
 d Ebes nō esse oblit<sup>9</sup>: q̄ me semp Boetij opera delectarint: cum in omni facultate atq; disciplina: tū ea maxime: quæ scripsit in dialecticis: in quib<sup>9</sup> ipsis mihi uisus est excelluisse plurimum. Quæ igitur noua tantus uir de Syllogismis cathegoricis hyppotheticisq; præcepta adinuenit: ea mihi excribi cupio. Itaq; a te peto: cōtendog; ut eorum librorum copiam facias mea causa eruditissimo atq; disertissimo iureconsulto Bornio salutem. Is enim librariū alium quem parabit: qui huiusmodi prouinciam sit obiturus. Vale ex Mediolano. iij. Nonas Martias. M. cccc. xxxxyi.

Franciscus Philelphus Thomæ Senecæ salutem.  
 q Vod pudorē tuū accuses: nequaquā ē op<sup>9</sup>: Nā tam& si tuæ me litteræ plurimū delectāt; delectaruntq; semper: quippe quæ ab homine erudito & ipso quidem mei amantissimo proficiscantur: tamen cum files etiam mihi es carissimus. Scio em̄ te mecum nō libenter filere neq; sponte: sed ob eam fortasse rem: quod uel locus aliquis: uel fortuna quæpiam scribere prohibuerit. Fuerunt autē nunc mihi eo tuæ litteræ suauiores: quo sunt desideratæ diuti<sup>9</sup>. Quod uero cupis pro nostræ amicitiae munere immortalitatis nomini per nos commendari: id q̄ in te est: cuius eruditio est illustris: faciam tamen quod petis nō inuitus. Sed tu uelim interea loci de morte dū nō imprudentē